# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Mulier s
## cum fonte primo

Vxorem

pauperem alere difficile est; diuitem ferre tormentum est.

Si doctissimus praeceptor in qualibet urbium fuerit, nec uxorem relinquere, nec cum sarcina ire possumus. Pauperem alere, difficile est; divitem ferre, tormentum.

Hieronymus Stridonensis, *Adversus Jovinianum*, 1, 47 (PL 23, col.277A).

Quid prodest diligens custodia cum uxor seruari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos castitatis est necessitas et illa uere pudica dicenda est cui licuit peccare sed noluit.

Ieronymus contra Iouinianum.

Verum quid prodest etiam diligens custodia, cum uxor servari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas; et illa vere pudica dicenda est, cui licuit peccare si voluit.

Hieronymus Stridonensis, *Adversus Jovinianum*, 1, 47 (PL 23, col.277B-C).